Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Seculi. Laudabo.

Laudabo dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quam diu fuero. Nolite confidere in principibus: in filijs hominum in quibus non est salus: Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius. spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram mare: et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum: facit iudicium iniuriam patientibus. dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus custodit aduenas: pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet: Regnabit dominus in seculum: deus tuus syon.

Dominus erigit eclipsos. dominus diligit iustos.

In generacione et generacione.

Laudabo deum meum in vita mea. Deo nro.

Laudate dominum quia bonus est psalmus. deo nro iocunda. decoraq; laudatio Edificans ierusalem dominus: dispersiones israhel congregabit. Qui sanat contritos corde: et alligat contriciones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomina vocat. Magnus dominus noster et magna virtus eius. et sapientie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores usq; ad terram. Preludite domino in confessione: psallite deo nro in cythara. Qui operit celum nubibus: et parat terre pluuiam. Qui producit in montibus fenum et herbam seruituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum et